

Zeitschrift: Beiträge zur vaterländischen Geschichte
Herausgeber: Historische und Antiquarische Gesellschaft zu Basel
Band: 14=4 (1896)

Artikel: Franz Hotmann, ein französischer Gelehrter, Staatsmann und Publicist des XVI. Jahrhunderts
Autor: [s.n.]
Kapitel: XVI
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-111154>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 18.05.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Equestris ordinis regii dabatur, ut suos placide in Germaniam reduceret.

Aureliis sex hominum millia peste periere, uxor Condæi dicebatur ipsa quoque periisse, sed vanus fuit rumor usque ad diem Decembris XII.

Monsieur de Genly, Eques ord. Regii, unus e Condianis noctu Lutetiam profugit et ad Parisienses defecit: frater ejus qui Biturigas prodidit.

Monsieur de Montgameni qui Rhotomagum propugnavit ductor est Anglici exercitus et urbem Caudebec in Normannia recepit.

Regina incredibili odio flagrat apud Parisienses qui se ab illa prodi vociferantur.

Andelottus plane convaluit et ad Condæum sexto induciarum die rediit. Modestissime tulit colloctionem Reginae et pactionem induciarum.

In castris Condianis magna est copia omnis generis commeatus, sed Germani dimidiam partem crudeliter et inutiliter dispendunt ac ne principi quidem Condæo stricto gladio in illos irruenti morem gerunt.

Strasbourg 24. Dec.

Hotomannus.

XVI.

Gerüchte aus Metz über den Verlauf der Schlacht von Dreux und die darauf folgenden Ereignisse.

H. / Philipp Landgraf von Hessen.

1562. Dec. 29.

Illustrissime princeps, clementissime domine.

Scripsi Celsitudini vestrae nova Gallica certissima usque ad diem huius mensis XII et literas misi Electori Pa-

latino. — Ex eo tempore allatus est huc rumor mirificus eo allatus Metis ubi quotidie fabulæ miræ finguntur; quo minus ille rumor verus nobis videtur. — Aiunt prælium commissum XIX hujus mensis proxime Carnutum quod Galli Chartres appellant — vicisse nostros, Connestablium cum aliis proceribus permultis captum, Santandream, Magnum priorem, Pianium interfectos, Amirallium et principem Nivernensem mortifere vulneratos. — Helvetios et Hispanos ad unum omnes cæsos. — Equites quoque celeres profligatos, Guisium effugisse. — Sed biduo post occupatis nostris in spoliis colligandis rediisse et Condæum secum abduxisse. — Id quod etsi mihi veresimile non videtur tamen ne officio meo deessem, putavi Cl. V^{ae} potius istuc quidquid est scribendum quam nihil prorsus nuntiandum quam quod probabile nobis videtur — hoc mirum est, quod Condæus ad Carnutum obsedendum profectus erat; neque veresimile est, Guisæum tam ignavum fuisse ut oppidum illud tam opportunum ac tam opulentum desereret. — Itali qui contra Lugdunenses evocati fuerant, stipendii penuria domum redierunt. — Dux Nemo-rensensis inducias cum Adressio fecit: tantum in Delphinatu. — Adressius interea ne nihil ageret, ad Avenionenses profectus est, ut illos pecunia emungat. — Lugdunenses excursionibus aliquot complures e Nemorri copiis profligarunt. — Si quis istic esset Capitaneus qui ducentos equites ad Lugdunenses deduceret præclare suis rationibus consuleret.

Illustrissimus princeps, vale 29. Dec. 1562.

Illust. C. V. dedissimus.

Hotomannus.
